g rgo opera illius mea sunt · ego telephon hasta
p ugnantem domui · victum orantemque refeci
q thebe cecidere meum est · me credite lesbon
m e tenedon · crisen que et cillam apollinis urbes
e cyrum cepisse · mea concussa putate
p cubuisse solo lirnesia menia dextra
u t que alios taceam qui sevum perdere posset
h ectora nempe dedi · per me iacet inclitus hector
i llis hec armis quibus est inventus achilles
a rma peto · vivo dederam · post fata reposco
u t dolor unius danaos pervenit ad omnes
a ulida que euboicam compleverunt mille carine
e xpectata diu nulla aut contraria classi
f lamina sunt · dureque iubent agamemnona sortes
i mmeritam seve natam mactare diane
d enegat hoc genitor · divisque irascitur ipsis
a tque in rege tamen pater est · ego mite parentis
i ngenium verbis ad publica commoda verti
n unc equidem fateor · fassoque ignoscat atrides
d ifficilem tenui sub iniquo iudice causam
h unc tamen utilitas populi · fraterque · datique
s umma movet sceptri · laudem ut cum sanguine penset
m ittor et ad matrem · que non hortanda sed astu
d ecipienda fuit · quo si telamonius isset
o rba suis essent · etiam nunc lintea ventis
m ittor et iliacas audax orator ad arces
v isaque et intrata est · alte mihi curia troie
p lenaque adhuc erat illa viris · interritus egi
q uam mihi mandarat communis grecia causam
a ccuso que parim predamque helenamque reposco
e t moveo priamum · priamoque antenora iunctum
e t paris et fratres · et qui rapuere sub illo
v ix tenuere manus · scis hoc menelae nefandas
p rimaque lux nostri tecum fuit illa pericli
l onga referre mora est · que consilioque manuque
v tiliter feci spatiosi tempore belli
p ost acies primas urbis se menibus hostes